mentis, tam ex civilibus quam canonicis institutis evidenter. Asserenti namque et maxime in propriis se bonus se credendum non est, nisi hoc scriptis probavit, nec similiter credendum se asseren ti legatum sanguinem esse apostolice sedis, credendum vel inten

mentis sunt absque signatis apicibus videlicet aliquis legationis suscepte, sed nec dicenti se legatum sedis eiusdem

dentur, nisi de mandato apostolico fidem faciat oculatam. Omni clericis ad aliena dyocesium sine suorum ordinariorum litteris venientes nec in suis recipiuntur ordinibus. nec ad superio

res ascendunt. Clerici quoque ac monachi qui de suis civitatibus ad alienam urbem pervenerint, nisi munita deferant suorum litteras prelatorum. non sunt clerici vel monachi reputandi. Sic enim prava in

clericum alium se dicat si sacerdotem se noverit hoc sanctitudi est. quia non sine periculo [...] in talibus omittitur manifesta. Quod autem in illis. qui se episcopos, vel superiores prelatos. aut etiam Abbates, priores seu alios monasteriorum rectores quocumque nomine censeantur appellant, sic discretio celebris et diligens facienda

+

incidit appetit. si scandala et pericula gravia que ipsorum possunt parare commissis in tantum diligentius attendantur. Sunt enim denuo nos excitat ratio, ut cum prenissis aliis casibus qui minus existunt periculis, sic ex constitutionibus editis iam provisum, huic alteri qui pericula graviora minatur, nequaquam sine provisionis oportune remedio relinquamus. Premissa itaque perpetua valitura constitutione sancimus. ut episcopi vel alii prelati superiores, necnon Abbates, priores, et rectores monasteriorum regimina exercentes. quocumque nomine censeantur. qui apud dictam sedem promoventur aut confirmationis. consecrationis vel benedictionis munus re

p(er)

cipiunt. ad commissas eis ecclesias et monasteria absque sedis eiusdem litteris huiusmodi eorum promotionem consecrationem confirmationem seu benedictionem continentibus accedere, bonorum ecclesiasticorum ad ministrationem accipere non presumant. Nullique eos absque litterarum ostensione recipiant. aut eis pareant vel intendant. Quod si forsan contra premissa super ipsum fuerit. quod per episcopos et prelatos, Abbates, priores et alios

[ill]

monasteriorum regimina exercentes predictos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur. Sed nihilominus interim ipsi episcopi et prelati, Abbates, priores, vel regimina exercentes de ecclesiarum et monasteriorum proventibus percipiant eorumdem, capitula necnon et conventus ecclesiarum, monasteriorum ipsorum et alii quicumque ipsos absque huiusmodi dicte sedis apostolice litteris recipientes vel obedientes eisdem, tam diu sint a beneficiorum suorum suspensi perceptione donec super hoc eiusdem sedis gratiam meruerint optinere. Omnibus quoque si episcopi prelati, Abbates, priores et alii monasteriorum regimina exercentes predicti ab eadem sede discedant. solito fidelitatis non prestito iuramento, nichil de ipsorum ecclesiarum et monasteriorum proventibus percipiant, et quod per eos ut de aliis dictum actum fuerit, viribus non subsistat. Nulli ergo etc. Idem.

De summa trinitate et f(ide) ca(tholica)

non e(st)

Unam sanctam ecclesiam catholicam et ipsam apostolicam urgente fide credere cogimur et tenere. Nosque hanc firmiter credimus et simpliciter confitemur. extra quam nec est salus nec remissio peccatorum, sponso in canticis vi. c. proclamante. Una est columba mea, perfecta mea. una est matri sue, electa genitrici sue. que unum corpus misticum representat. cuius corporis Christus caput. Christi vero deus. In qua unus dominus una fides, unum baptisma. Una nempe fuit diluvii tempore archa Noe. unam ecclesiam prefigurans, que in uno cubito consummata (al. consummata) unum videlicet Noe gubernatorem habuit et rectorem. extra quam omnia subsistentia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramur et unicam dicente domino in propheta. Erue a framea deus animam meam. et de manu canis unicam meam. Pro anima enim id est pro se ipso capite

oravit et corpore ad corpus unicam scilicet ecclesiam nominavit propter sponsi fidei sacramentorum et caritatis ecclesie unitatem. Hec est tunica domini inconsutilis que scissa, id est divisa, non fuit, sed sorte provenit. Igitur ecclesie unius et unice unum corpus, unum caput, non duo capita quasi monstrum, scilicet Christus et Christi vicarius Petrus Petrique successor, dicente domino ipsi Petro: Pasce oves meas. Meas inquit generaliter, non has vel illas, per quod commisisse sibi universas. Sive ergo Greci sive alii se dicant Petro eiusque successoribus se non esse commissos, fateantur necesse est se de ovibus Christi non esse, dicente domino in Iohanne unum ovile et unum pastorem esse. In hac eiusque potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet et temporalem, evangelicis dictis instruimur. Nam dicentibus apostolis (Luce xxii): Ecce gladii duo hic, in ecclesia scilicet, cum apostoli loquerentur, non respondit dominus nimis esse sed satis. Certe qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit domini proferentis: Converte gladium tuum in vaginam. Uterque ergo est in potestate ecclesie, scilicet gladius spiritualis et materialis. Sed is quidem pro ecclesia, ille vero ab ecclesia exercendus, ille sacerdotis, is manu regum et militum, sed ad nutum et patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, et temporalem auctoritatem spirituali subici potestati. Nam cum dicat apostolus: Non est potestas nisi a deo; que autem sunt, a deo ordinata sunt; non autem ordinata essent nisi gladius esset sub gladio, et tamquam inferior reduceretur per alium in supremum. Nam secundum beatum Dionysium lex divinitatis est infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem universi omnia equaliter ac immediate, sed infima per media, inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem et dignitate et nobilitate terrenam quamlibet precellere potestatem oportet tanto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione et benedictione et sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate testante spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet et iudicare si bona non fuerit. Sic de ecclesia et ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Ieremie: Ecce constitui te hodie super gentes et regna etc. Ergo si deviat terrena potestas, iudicabitur a potestate spirituali; sed si deviat spiritualis minor, a suo superiori; si vero suprema, a solo deo, non ab homine poterit iudicari, testante apostolo: Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Est autem hec auctoritas, etsi data sit homini et exerceatur per hominem, non humana sed potius divina, ore divino Petro data, sibique suisque successoribus in ipso quem confessus fuit petra firmata, dicente domino ipsi Petro: Quodcumque ligaveris super terram etc. Quicumque igitur huic potestati a deo sic ordinate resistit, dei ordinationi resistit, nisi duo sicut Manicheus fingat esse principia, quod falsum et hereticum iudicamus, quia testante Moyse non in principiis sed in principio celum creavit deus et terram. Porro subesse romano pontifici omni humane creature declaramus dicimus et diffinimus omnino esse de necessitate salutis. Idem.

Ad perpetuam rei memoriam. Excommunicamus et anathematizamus omnes illos qui ad sedem apostolicam venientes vel recedentes ab eadem capiunt vel spoliant vel detinere presumunt aut impedimentum aliquod exhibuerint quominus ad eandem sedem libere cum personis bonis rebusque aliis veniant et recedant ab eadem, etiam si imperiali vel regali fulgeant dignitate, seu cuiuscumque alterius fuerint preeminentie dignitatis et conditionis aut status, non obstantibus quibuscumque privilegiis indulgentiis eis vel aliorum cuilibet vel aliquibus a sede apostolica sub quacumque forma vel tenore concessis, que in hac parte suspendi vel executioni non [illegible], que presentibus tollimus et revocamus omnino, ad hoc quod contra hanc nostram sententiam et processum nequeant se tueri quominus incidant in eis. Declaramus insuper omnes potestates et alios qui per se vel per officiales seu ministros aut alios incolas imperii regnorum seu terrarum suarum vel consentientibus per ea undecumque origine vel ordinis cuiuscumque ad sedem venientibus incorrecta vel recedentibus ab eadem equitaturas limitant, que deferunt seu portant pro suis opportunitatibus vel quasvis alias res, bona aut [illegible] auferunt seu taxant quarumcumque personarum vel familiarium seu comitive expensarum, aut [illegible] vel alias directe vel indirecte talibus venientibus vel recedentibus impedimentum vel obstaculum prestare presumunt. Impeditores fore predictam sedem venientium et recedentium ab eadem et anathematis et excommunicationis sententiam incurrere supradictam. Ipsosque sic ligatos a perceptione sacramentorum [illegible] exclusos, districte precipiendo quod nullus eis ipsis ministrare presumat nec etiam sacramentum [illegible] nisi in mortis articulo constitutis. Sed nec tunc nisi prestando mandatis ecclesie satisfactione vel sufficienti cautione premissis. Omnes vero cuiuscumque fuerint preeminentie dignitatis ordinis conditionis aut status, etiam si imperiali dignitate prefulgeant, qui contra huiusmodi preceptum nostrum talibus vel eorum alicui sacramenta vel sacramentum aliquod presumpserint ministrare, excommunicationis et anathematis sententia innodamus, eisque nichilominus predicationis lectionis administrationis sacramentorum audiendi confessiones officium predicandi a parte impedientibus contemptoribus supradictis. Nos vero [illegible] contra eos spiritualiter et temporaliter prout expedire viderimus in[illegible] processum, ut ad totam omnium notitiam deducatur, cartas seu membranas processum continentes eundem in [illegible] lateranensis basilice appendi seu affigi hostiis [illegible] faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ita quod hii quos processus ipse contingit nullam possint excusationem pretendere quod ad eos talis processus non pervenerit, quod non sit verisimile remanere quod ipsis sit incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus extat publicatum. Datum Laterani [illegible] pontificatus nostri anno nono. Idem.

Rem non novam aggredimur neque viam insolitam ambulamus, sed antecessorum nostrorum vestigiis inherentes [illegible] constitutionem indubitato roboramus suffragio et inconcusso munimine stabilimus. Est siquidem iam satis quod pretextu publice citationis edicti cum arcet qui impedit aut facit etiam se celando ne ad eum possit pervenire citatio. [illegible] in albo pretorio huius edicta [illegible] qui sic agit. Sed [illegible] sue iurisdictioni subiectos arceant et affligant, magis quam si voce preconia que innotescit [illegible] vel [illegible] et tali modo in citationibus possint haberi presumpse[illegible]

credendi est ut que in eodem albo tot ipius albi publicum locum
frequentantium oculis patent legenda ad cunctorum notitiam deveniant.
Unde ad obviandum omnibus eorum qui sanctorum plena litterarum
et notitia mandatum legerunt tablis aut lapidibus sculpta sufficiente
certe describi portanibus et affigi. Premissis igitur indebitum consideratione
cum deductis ac in lance irrefragabilis iustitie appensis. Et nos
qui universo orbi disponere possumus dimoscimur volentes prebere
novella quedam materiam aliquam tam predicta statutum expressius in
nomini declaramus de fratrum nostrorum consilio et intelligamus hoc edicto perpetuo
valituro statuimus / ut citationes auctoritate apostolica de quibuscumque
personis utriusque et ubicumque sint. cuiuscumque status dignitatis
vel preeminentie ecclesiastice vel mundane etiam si imperiali
vel aut regali fulgeant dignitate / presertim si impediant vel
faciant per se vel alios quoquomodo ne citationes ipse ad eos perveniant
ex quacumque causa faciende ~~impedit~~ aut citandorum domicilia
sive loca tute adiri non possint. cum pari scriptum est
existimare debeamus. an ea ire liceat. ubi est citatio facienda
pro ~~te~~ decimo quasi eorum presertim preteritorum in albo pretorio etiam
extra sollempnes dies in quibus Romani pontifices suos facere
consueverunt generales processus publicare de nobis specialiter et
ex certa scientia inbentibus facte in ^[et cancellarie] auditorio litterarum nostrarum aut in
aula nostri palatii postmodum affigende iammis maioris
ecclesie loci in quo Romanus ^[pontifex] ~~continue~~ omnium populi christiani nationum re
sederit tunc. ut cunctis possint patere et ita vestem citatis
valeant ac arceant ^[citatos] post terminum lapsum quem consideratam locorum dista
tia. volumus citationibus ipsis competentem apponi. sicut si ipsos
personaliter apprehendissent. Non obstantibus aliquibus privilegiis
indulgentiis et litteris apostolicis generalibus aut specialibus quibuscumque
personis pontificali. regali. imperiali. vel alia ecclesiastica vel
mundana dignitate preditis. aliisque inferioribus seu ecclesiis
monasteriis. locis collegiis universitatibus in quacumque forma vel
verborum concessis. per que talium citationum effectus posset quolibet im
pediri. etiam si de ipsis et eorum totis tenoribus de verbo ad ver
bum aut de propriis nominibus personarum monasteriorum ecclesiarum locorum
quibus concessum vel eorum ordinibus aut dignitatibus oporte
ret in nostris litteris fieri mentionem. Item.

Antiquorum ~~...~~ habet fida relatio. quod accedentibus ad honora
bilem basilicam principis apostolorum ^[de urbe] concesse sunt remissiones
magne et indulgentie peccatorum. Nos igitur qui iuxta officii nostri debitum
salutem appetimus et procuramus libentius singulorum huiusmodi
remissiones et indulgentias omnes et singulas ratas et gratas
habentes. ipsas auctoritate apostolica confirmamus et approbamus et etiam
innovamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ut tamen beatis
simi Petrus et Paulus apostoli eo amplius honorentur. quo
ipsorum basilice de urbe devotius fuerint a fidelibus frequentate.
et fideles ipsi spiritualium largitione ^[munerum] ~~...~~ ^[ac] ex huius frequenta
tione magis senserint se refectos. Nos ^[igitur] de omnipotentis dei misericordia
et eorumdem apostolorum meritis et auctoritate confisi de fratrum nostrorum consilio
et apostolice plenitudine potestatis omnibus in presenti anno millesimo trecentesimo
a festo nativitatis domini nostri Ihesu Christi preterito proxime inchoato et
in quolibet anno centesimo secuturo ad basilicas ipsas accedentibus
reverenter vere penitentibus et confessis. vel qui vere penitebunt
et confitebuntur in huiusmodi presenti vel quolibet centesimo secuturo anno
non solum plenam et largiorem. immo plenissimam omnium suorum con
cedimus veniam peccatorum. Statuentes ut qui voluerint huiusmodi
indulgentie a nobis concesse fore participes si fuerint Romani ad
minus xxx diebus continuis. et saltem semel in die. Si vero peregrini
fuerint aut forenses modo simili diebus xv. ad basilicas easdem
accedant. Unusquisque tamen plus merebitur et indulgentiam
efficacius consequetur qui basilicas ipsas amplius et devotius
frequentabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre
confirmationis approbationis innovationis concessionis et constitutionis
infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem etc. Item.

Excommunicamus et anathematizamus ex parte dei omnipo
tentis patris et filii et spiritus sancti auctoritate quoque beatorum Petri
et Pauli apostolorum et nostra. omnes clericos et religiosos et laycos
utriusque sexus sive sint familiares curie sive alii universi
qui aliquid pretium petierunt / seu aliquid parvum vel magnum promissum
vel promissionem receperunt / aut ex pacto sive ex promissione
occulta vel manifesta facta sub generalibus et plenius non ex
presso seu sub specialibus et expresso aperte ^[verbis] quicumque dederunt aut
receperint pro parvum vel magnum vel promissionem de quacumque
re. ac vilitate pro pretio consequenda fecerint / vel receperint per
aliquam iustitiam vel gratiam per se aut per alium in causis vel meditiis seu
aliis per litteras apostolicas et quibuscumque modis apud sedem apostolicam
expedienda / et hanc sententiam ad promittentes et ~~acceptantes~~ accep
tantes dantes et recipientes diximus extendendam. Illos
quoque qui aliquem fecerit culpabiliter in peccatis et nobis
vel tunc dictorum spiritualium non retulerint vel aliquem per quem ver
bum ad nos fideliter perferatur / sibi decrevimus sententie subiacere.
Decernimus etiam ut nullus inveniens hanc excommunicationis sententiam per
predictis vel aliquo predictorum absque speciali mandato nostro absolutionis
beneficium valeat optinere. nisi forte ad nos ^[accessum] ~~...~~ habere
non possit in mortis articulo constitutus. nec etiam ad abso
lutionis gratiam admittatur. nisi prius quicquid dedit sive rece
pit integraliter pauperibus largiatur. Iustitia vero vel gratia
sic optentam nullius penitus de momenti volumus et quod ea
non statimus effectum et robore firmitatis. Et si forent ut ecce
ipsis similis sententia excommunicationis astringimus. Et reservantes nobis
absolutionem eorum cum premissis in omnibus ad penas similes.
obligamus. Item.

Ad perpetuam rei memoriam excommunicamus et anathemati
zamus ex parte omnipotentis patris et filii et spiritus sancti
auctoritate quoque Petri et Pauli apostolorum eius et nostra omnes ga
zaros et patarenos. arnoldistas. speronistas et pauperes de
Lugduno. passagynos et omnes alios hereticos quocumque

nomie censeant᷒ ⁊ omes fautores ⁊ defensores eoꝝ ⁊ recep
tores eoꝝ. It excoicamus ⁊ anathematizamus omes illos
qui ferrum arma ⁊ alia lignamina ⁊ alia phibita defert
sarracenis quibus xanos impugnat. It excoicamus et
anathematizamus omes falsarios bulle ⁊ lrãꝝ nraꝝ vel
etiam vt hmoͦdi in ꝓcessu ad quincunq̃ ~~omniumpotentia~~
quinq notarium dedicant᷒ cartas seu mēbranas ut ēt ut
sup. Datum ut sup. in ꝯstõe q̃ incipit eadē mo ad ppetua
anno nono. ~~Benedictus xii de inquisitoribus heretice pravitatis~~

Benedictus Epũs seruus seruoꝝ dei. Ad ppetuã rei me
moria. Vas electionis paulus aplus egregius pdicator
et ⁊ eos qui seruiunt euãn ppriis manibus exhibebat vt pseu
do ⁊ subdolis operariis sub pdicationis spẽ lucra spectantibus
locum pcluderet ne hiis quos ipe pascebat pablo ubi dei ex
isteret onerosus. Eiusmodi itaque modestia moriginatus ꝓcuraciõ
nibus obseruandam a pdecessoribus nris Rom. pont. sa
lubriter manauerunt instituta. quia tamen sicut experientia docet
nonnulli platoꝝ sic se reddiderunt ⁊ reddunt in dictaꝝ ꝓcuraco
num exactionibus onerosos ut oppssi hmoͦdi onera nequiant
supportare ⁊ uitam longo tpe breui hora consumat. Nos
attendentes q̃ parentes debent thezaurisare filiis non fastus
sed dilicias eoꝝ ~~subiectionem~~ substantiam absorbē. ac cupientes pdnsitate
additionem visitantium platoꝝ ⁊ ꝓuinciaꝝ ne exactiones sa
cram certum modum sufficientem visitantibus ⁊ supportabilem
visitatis imprimens fore decreto obseruandum de fratrum n̄ro
rum consilio pnti ꝯstone editum statuimus q̃ tam in Francie
Nauarre et Maiorice Regnis ac terris ꝓuinciis ⁊ ptibus
adiacentibus ⁊ vicinis eisdem necnon in delphinatu ⁊ bur
gundie comitatu ꝓuincie ⁊ forcalkerii comitatibus. Archiepi
~~epi~~ Et epi alii plati ⁊ psone ecclesiastice quibus de iure
vel consuetudine competit suos subditos psonaliter visitabit.

ydem archiepi a suis vel suffraganeoꝝ suoꝝ kathedralibus
ecclesiis ꝓcuratione unius diei siue in victualibus seu ancilia
tibus in pecunia vltra ducentoꝝ. Ab abbatiis vero ac ecclesiis a
liis vel prioratibus secularibus vel regularibus hntibz collegium vel
conuentum xii. vel plurium psonaꝝ vltra ducentoꝝ ⁊ quinquaginta.
Ab habentibus vero pauciorum psonaꝝ collegium seu conuentum
⁊ quibuscunque aliis ecclesiis prioratibus ⁊ locis vltra ducentoꝝ.

Epi vero a ~~eccliis~~ cathedralibus vltra ducentoꝝ. A monasteriis vero
⁊ ecclesiis aliis ⁊ prioratibus secularibus vel regularibus collegium
hntibus duodecim vel plurium psonaꝝ vltra centum ⁊ lx.
Ab habentibus vero psonaꝝ collegium pauciorum ⁊ quibuslibet
aliis prioratibus ⁊ locis vltra centum ⁊ xl. Ab abbatiis quoque ~~e~~
a monasteriis vel prioratibus hntibus collegium xii vel plurium
psonaꝝ vltra centum. Ab illis vero hntibus minus collegium ac
ecclesiis prioratibus ⁊ locis quibuscunque vltra octaginta. Archidiaco
ni quoque vltra quinquaginta quinque. Archipbri vero ~~vel~~ vltra octo
turonensium argenti valore recipe non psumant. Si vero archiepi
⁊ epi ⁊ plati ac psone ecclesiastice ex priuilegio aplico visitatõe
in ~~pecunia~~ ⁊ ꝓcurationes recipe valeant in pecunia ⁊ ydem ar-

epi a suis ⁊ aliis kathedralibus ecclesiis centum vltra ⁊ xx. A
monasteriis vero ⁊ ecclesiis aliis ⁊ prioratibus ~~singularibus~~ secularibus vel regula
ribus hntibus collegium xii. vel plurium psonaꝝ vltra
Ab hntibus vero minus collegium vltra octaginta. Abbates vltra lx.
~~ffi~~ Archidi vltra xxx. turon. valore no recipiant quoque modo.

In alamanie quoque Anglie. Vngarie, Bohemie, Polonie,
Norwegie, Dacie, Scotie, Suecie, regnis ac terris ꝓuinciis ⁊
ptibus eisdem adiacentibus. Archiepi ⁊ Epi alique plati ⁊ p
sone ecclesiastice ut pmittit᷒ psonaliter visitantes ydem archiepi
⁊ primates non exigant a suis vel suffraganeoꝝ suoꝝ
ecclesiis kathedralibus ⁊ psonis eoꝝ p ꝓcuratõe vnius diei si
ue in victualibus siue a uolentibus in pecunia vltra ducen
toꝝ ⁊ xx. A monasteriis vero ⁊ aliis ecclesiis ⁊ prioratibus secula
ribus vel regularibus hntibus collegium xx. vel plurium p
sonaꝝ vltra ducentoꝝ et lx. Ab aliis vero monasteriis ecclesiis
seu prioratibus minus collegium hntibus aliisque ecclesiis et
prioratibus vltra ducentoꝝ xx. Epi vero a kathedralibus vltra du
centoꝝ ⁊ xx. A monasteriis vero ⁊ aliis ecclesiis ⁊ prioratibus secu
laribus vel regularibus hntibus collegium xii. vel plurium
psonaꝝ vltra centum ⁊ octaginta. Ab hntibus vero minus
collegium ⁊ quibuslibet ecclesiis prioratibus atque locis vltra cen
tum ⁊ xl. Abbates insuper a monasteriis vel prioratibus seu ecclesiis hn
tibus collegium xii. vel plurium psonaꝝ vltra centum. Ab hntibus
vero minus collegium ac ecclesiis prioratibus ⁊ locis aliis quibus
libet octaginta. Archidiaconi vero vltra xl. Archipbri ⁊ decani
vltra x. turon. argenti valore recipe non psumant. Si
ydem archiepi Epi ⁊ plati ⁊ psone ecclesiastice ex priuilegio
aplico p alios visitare ⁊ ꝓcurationes recipe valeant in
pecunia dicti videlicet archiepi seu primates ex psonis ab hmoͦdi
ecclesiis monasteriis prioratibus atque locis vltra lxxx. Abbates vltra
lx. Archidiaconi vltra xii. turon. argenti p valore ꝓcuratio
num vnius diei recipe non psumant. In castelle vero
legionis aragonie ⁊ portugalie regnis ac aliis ~~terris~~ terris ⁊
ꝓuinciis Regum castelle aragonie portugalie ⁊ ptibus
adiacentibus et vicinis excepto sardinie ⁊ corsice ut pfate
ecclesiastice psone ut pmittit᷒ psonaliter visitantes ydem archiepi
a suis suffraganeoꝝ suoꝝ ecclesiis kathedralibus ꝓcuratione v
nius diei in victualibus siue a uolentibus in pecunia centum
⁊ l. A monasteriis vero ⁊ ecclesiis aliis ⁊ prioratibus secularibus
hntibus collegium xii. vel plurium psonaꝝ vltra centum ⁊
xx. Ab habentibus vero minus collegium aliisque ecclesiis prioratibus
atque locis vltra centum. A monasteriis vero ac prioratibus secula
ribus vel regularibus hntibus collegium xii. vel plurium p
sonaꝝ vltra lxxx. Ab hntibus vero minus collegium ⁊ quibus
libet aliis psonis ecclesiis prioratibus ⁊ locis vltra xl. Archi
diaconi vero vltra xxv. Archipbri ⁊ vltra v. turon. argenti va
lore recipe non accipiant. Si vero pximo notati archiepi
epi ⁊ plati ⁊ alie psone ecclesiastice ex priuilegio apostolico p alios
visitare ⁊ ꝓcurationes recipe possint in pecunia numerata
ydem archiepi ab eisdem suis ⁊ suffraganeoꝝ suoꝝ ecclesiis

Ab hntibus vero minus collegium aliisque ecclesiis prioratibus et
locis vltra lx. Abbates et monasteriis prioratibus hntibus colle
gium xii. vel plurium psonaꝝ vltra l.

Margin notes: Archiepi ⁊ alii epi plati ... [illegible] | gnis ⁊ ptibus ... | Archiepi | Epi | Abb. | Archid. | Archipbri | ... [illegible] | De Regno alamanie ... [illegible] | Alia | Epi vero a cathedralibus ecclesiis vltra ducentum

De regno Apulie et aliis regnis adiacentibus

ultra lxxx. A monasteriis vero et ecclesiis aliis ac prioratibus stantibus vel
vacantibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum ultra
lx. Ab habentibus vero minus collegium et quibuslibet aliis prioratibus
ecclesiis sive locis ultra l. Episcopi etiam ab eisdem ecclesiis monasteriis pri-
oratibus sive locis ultra ~~xxx~~ xl. Abbates vero ab eorum monasteriis pri-
oratibus ecclesiis sive locis ultra xxx. Archidiaconi vero ultra xx. turonenses
vel valorem recipere non attemptent. In Apulie vero Calabrie
terre laboris Sicilie Lombardie Tuscie Sardinie Corsice et
ceteris aliis Ytalie partibus necnon [?] Achaie Cipri et
ceteris regnis insulis ac aliis provinciis et partibus omnibus
ultramontanis et transmarinis patriarche archiepiscopi et episcopi ac pre-
lati alii constituti cum ut premittitur personaliter visitabunt iidem
patriarche et archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis
cathedralibus procuratione unius diei sive in victualibus sive a non
habentibus in pecunia ultra lx. A monasteriis vero et ecclesiis aliis ac pri-
oratibus stantibus vel vacantibus habentibus collegium xii vel
plurium personarum ultra l. Ab habentibus vero minus collegium
et quibuslibet aliis personis ecclesiis prioratibus atque locis ul-
tra xl. Episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis ultra quinquaginta.
A monasteriis aliisque ecclesiis et prioratibus stantibus vel vacantibus
habentibus collegium xii vel plurium personarum ultra xl. Ab ha-
bentibus vero minus collegium et ecclesiis aliis seu prioratibus
vel locis quibuslibet ultra xxx. Abbates vero a suis monasteriis
vel prioratibus simile collegium vel maius habentibus ultra
xx. Ab habentibus vero minus collegium et quibuslibet aliis ecclesiis
prioratibus atque locis ultra xvi. Archidiaconi ultra x. turonensium va-
lorem non audeant recipere quoquo modo. Si vero prelati patriar-
che archiepiscopi episcopi et prelati ac persone ecclesiastice [inferiores] prime notati ex pri-
vilegio apostolico per alios visitare et procurationes recipere valeant in pe-
cunia numerata dicti patriarche seu archiepiscopi ab eisdem suis vel suf-
fraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus ultra xl. A monasteriis vero et
ecclesiis ac prioratibus stantibus habentibus collegium xii vel
plurium personarum xxx. Ab habentibus vero minus collegium
et aliis ecclesiis prioratibus sive locis et subditis quibuscumque
ultra xxvi. Episcopi quoque a suis cathedralibus ecclesiis monasteriis prio-
ratibus atque locis ultra xx. Abbates etiam necnon archidiaconi
ultra quinque turonenses grossos argenti valorem recipere non presu-
mant. Ita quod expense seu sumptus universi seu taxatio pecunia-
ria unius procurationis tocius videlicet diei in pecunia vel victua-
libus et necessariis aliis predictam summam vel valorem aliquatenus
non excedat. Sicut ultra dictas summas ~~[?]~~ vel taxationes seu va-
lores earum pretextu cuiusvis consuetudinis vel alias ipsis pre-la-
tis vel familie eorum quidquam exigere vel recipere liceat etiam a vo-
lentibus. Illud quoque quod de archidiaconis supra duximus ordi-
nandum locum habere volumus etiam in decanis prepositis aliisque per-
sonis ecclesiasticis supradictis non ~~[?]~~ expressis quibus visitationis
officium et procurationis receptio ex privilegio sedis apostolice vel de
iure seu de consuetudine competere dinoscitur. Decanis ru-
ralibus dumtaxat exceptis qui in aliquibus regionibus ar-
chipresbiteri nominantur circa quos in exceptione huiusmodi procuratio[?] ~~[?]~~
mus id quod supra statutum est de aliis archipresbiteris volumus ob-
servari. Excipit quod si ex conventione vel consuetudine ecclesie tam
cathedrales quam collegiate et alie quecumque stantes vel vacantes.

Nota contra conventiones

et ceteri monasteria et prioratus conventuales et loca alia quevis
ecclesiastica eorumque capitula collegia seu conventus rectores ecclesie et persone
prelatis quibusvis visitantibus ut prefertur minus debeant vel consue-
verint solvere quam per nos superius est statutum ad solvendum ultra
conventionem vel consuetudinem huiusmodi nullatenus astringantur. Si vero si-
bi contra eos conventio et consuetudo huiusmodi excessit moderationes taxa-
tiones ad prelatos quoslibet que pretextu cuiusvis consuetudinis in
monasteriis vel locis aliis ecclesiasticis recipiuntur ad prelibatam quantitatem ex-
tendimus et eas prorogamus. Cum [?] nichilominus quod in locis qui-
buslibet predictis quod maior vel minor rerum copia sit in eisdem sive
non vive maiore vel minore personarum vel ~~[?]~~ evectionum numerum
huius visitantium expensarum maior vel minor debita modera-
tio teneatur. Ita tamen quod maiores expense non excedant summa su-
perius limitata. Insuper predictis omnibus patriarchis primatibus
archiepiscopis episcopis et aliis superioribus nominatis non ultra ~~commendationem~~
conventionem vel consuetudinem huiusmodi contra personas et loca ubi su-
erint ne ultra moderationes et taxationes predictas quicquam presu-
mant recipere districtius inhibemus. Volentes et constitutionem presentem
pene adiectione munire statuimus quod dicti visitantes per se vel si
ex privilegio eis competat per alios visitationis officium exercentes
et procurationes recipient ut prefertur ipsi et familiares eorum ultra
moderationes et taxationes predictas aliquid scienter exegerint vel re-
ceperint et [?] duplum eius quod ipsi iidem prelati vel eis fa-
miliares contra huiusmodi formulam tali exegerint vel rece-
perint infra duos menses post receptionem seu [?] huiusmodi ecclesiis
monasteriis et aliis locis a quibus illa receperint restituere teneantur. Si
vero dicti prelati per alios visitatores huiusmodi qui per eos visitationis
officium exercebunt per se vel alios ultra moderationes seu taxationes
predictas quidquam exegerint seu receperint ecclesiis et monasteriis vel locis
aliis a quibus recepta fuerint infra predictum terminum reddere tene-
antur. Alioquin extunc dicti prelati qui ultra moderationes et taxationes
predictas receperint in pecunia numerata duplum ipsum eisdem ecclesiis
monasteriis sive locis ultra dictum tempus restituere desistentes ingressum ecclesie
sibi noverint interdictum. Hii vero qui predictis prelatis inferiores huiusmodi
ut premittitur existentes ab officio et beneficio noverint se suspensos quousque
[?] summatis ecclesiis et monasteriis seu locis de huiusmodi duplo plenam sat-
isfactionem impenderint. Adicientes constitutioni presenti quod si quis de familia
prelati personaliter visitantis aliquos ultra moderationes et taxatio-
nes predictas per se vel per alios ignorante vel non ratum habente recepit
ab ecclesiis monasteriis et locis aliis visitatis duplum eius quod ultra re-
cepit de suo proprio infra ii menses quam post receptionem huiusmodi
ecclesiis monasteriis et locis aliis a quibus illa recepit reddere teneatur.
Alioquin talis recipiens si clericus fuerit ~~tam~~ [illegible] tamdiu ab
officio et beneficio sit eo ipso suspensus. Si vero laicus tamdiu excommunicationis
sententiam ecclesie sibi noverit interdictum et a communione eucharistie ipso facto
faciat se suspensum donec de duplo huiusmodi summatis ecclesiis monasteriis
seu locis satisfecerit cum effectu. Nulla eisdem ultra moderationes et
taxationes predictas recipientibus in hiis donatione remissione
liberalitate seu gratia valitura. Easdem moderationes et taxationes
huius in illis locis volumus observari in quibus de facili potuit
secundum ecclesie morem vel loci altius satisfacere. In aliis tamen
precipimus modestiam adhiberi quod pro hiis que ad honestatem locorum
ecclesiasticorum spectant predicimus non doleant se gravari ~~[?]~~

~~cum epo~~ nec pro hoc dicti prelati exigendi amplius quam ipsi subditi pa-
ti possint modulum sibi ~~quomodo~~ procuraverunt. Committimus quoque conta-
entes statuimus quod si dicti prelati vel aliquis eorumdem ex apostolica indul-
gentia vel consuetudine seu de iure petant sibi ab aliquibus monasteriis vel
locis aliis ecclesiasticis eorumque capitulis collegiis vel conventibus recto-
ribus seu personis moderatum seu caritativum subsidium exhiberi,
hoc possint a singulis modo sine locis pro subsidio ultra huius-
modi vel tempore et a voluntate ipsi quantum ascendunt singule
procurationes in pecunia per nos superius moderate quas nos
superius moderavimus quas iidem prelati recipiunt ~~recipiunt~~. Et de iure
vel ex privilegio pro aliis visitacionibus. Procurationes Turonenses parvos
tales fore intelligimus quod xii ipsorum valeat unum florenum
boni et puri auri legalis ponderis certa florenum. Preterea con-
stitutionem hanc nolumus quod predicti prelati vel alii aliquibus visita-
cionis officium et procurationis receptio ex privilegio sedis apostolice vel
aliter de consuetudine vel de iure minime recompete dinoscitur.
Ius visitandi seu procurationes recipiendi sibi valeat
vendicare nec per constitutionem eandem aliis constitutionibus seu per-
missis per predecessores nostros editis contra quo ad alia contra-
ria in eis aliquatenus derogetur. Insuper abbates Cisterciensis ordi-
nis suis monasteriis visitantes in presenti constitutione includi nolumus eos
plenius tamen super eis per aliam ordinationem nostram duximus
specialiter providendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostrarum constitutionis inhibitionis additionis et precep-
ti ac voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Dei et beatorum
apostolorum Petri et Pauli eius se noverit incursurum. Datum
Avinione xv kalendas Januarii pontificatus nostri anno secundo.

Benedictus episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.
Benedictus Deus in donis suis et sanctus in omnibus operibus suis
qui sacrosanctam Romanam catholicam et apostolicam ecclesiam quam ut vineam
plantavit dextera sua quamque ut sponsam inter ceteras omni tempore
erexit et vertice dicente Domino ad Petrum: Tu es Petrus et super
hanc petram edificabo ecclesiam meam, sua miseratione non de-
serit sed per beatos apostolos suos principes Petrum et Paulum singula-
res eiusdem ecclesie pia benignitate et continua pietate custo-
dit, ut eiusdem rectoribus gubernata in sue stabilitatis maneat fun-
data super firmam petram omnesque fidei cultores illi obediant
illi Petri illi intendant, sub illius magisterio sub eius
disciplina et correctione consistant ~~consistant~~, ne ulla aliquis dogma
erroris impugnandi vires assumat, ne sit temeritatis instigator.
Sicque declinet homines a malo et faciat bonum et ambulent per
vias rectas et ad meliora profecta desiderata proficiant. Sperent
iustorum premium quas eterne vite retributionis timeant malorum
infinitas perpetuas calamitates non remotas. Nam scriptum est
ecce venio cito et merces mea mecum est reddere unicuique
secundum opera sua. Et si fervor a quoquam fuerit attemptatum in peccato
sua aliter primo eciam adiectis per ut expedire videatur provisio
evellatur per quam ut in se ipsa subsistat alios reformacione. Sic
ipse Salvator noster Ihesus Christus Petrum exorasse perhibetur dicens
Ecce Sathanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum. Ego
autem pro te rogavi ut non deficiat fides tua et tu aliquando
conversus confirma fratres tuos. Sane dudum tempore felicis recordationis

Johannes pape XXII predecessoris nostri inter nonnullos magistros in theologia facul-
tate questiones super visione animarum iustorum hominum post mortem
suam, in quibus nichil erat purgabile cum de hoc seculo decesse-
runt vel si fuerat purgatum iam erat ex toto, an divinam essenciam
videant ante suorum corporum resumptionem et iudicium generale, et super
nonnullis aliis circa materiam hanc. Ipsorum aliquibus negantibus
aliis affirmantibus aliis non secundum suas ymaginaciones visione di-
vine essencie ab animabus huiusmodi divisa et diversimode ancipites in-
telliguntur prout ex dictis et scriptis ipsorum apparere super reliquis vero
suis opinionibus quas hic breviter tamen obmittimus que in
sua ex variis determinationibus appellantur inter se etiam ~~dissid~~ disside-
bant, cum idem predecessor ad quem predictorum determinatio ~~appellat~~ pertinebat
ad decisionem determinacionum huiusmodi separet in suo consistorio publi-
co fratribus suis sancte Romane ecclesie cardinalibus de quorum numero tunc eramus.
Quampluribus prelatis et magistris in theologia qui tunc aderant tunc presentes in eiusdem
questionibus et mandando ut super materia dicta condicionis quam requirerent ab eo
deliberate unusquisque diceret quod sentiret. Tamen morte preventus sicut Domino
placuit perfecte id nequivit. Defuncto itaque predecessore predicto nos divina miseracione
~~dignare~~ ad apicem summi ~~pontificatus~~ apostolatus assumpti diligencius attendentes
quanta ex predictis eorum opinionibus ac saluti animarum imminere
pericula et exinde possent scandala suboriri sunt ipsorum veritas pateat et
veritatis solidate manifestat huiusmodi prius super predictis summa examina-
cione et diligenti deliberatione cum fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus de
ipsorum fratrum nostrorum consilio hac in perpetuum valitura constitucione auctoritate apostolica
diffinimus quod secundum communem Dei ordinationem anime sanctorum omnium qui de hoc mun-
do ante Domini nostri Ihesu Christi passionem decesserunt, necnon sanctorum apostolorum martirum
confessorum virginum et aliorum fidelium defunctorum post sacrum ab eis Christi baptis-
mum susceptum in quibus nil purgabile fuit quando decesserunt nec erit quando decedent
eciam in futurum vel si tunc fuerit aut erit purgabile aliquid in eisdem cum post
~~primo~~ mortem suam fuerint purgate, ac quod anime puerorum ~~eodem~~ Christi bap-
tismate renatorum et baptizandorum cum fuerint baptizati, ante usum liberi arbitrii
decedentium, mox post mortem suam et purgationem prefatam in illis qui pur-
gatione huiusmodi indigebant, ante resumptionem suorum corporum et iudicium
generale, post ascensionem salvatoris nostri Ihesu Christi in celum fuerunt, sunt et
erunt in celo, celorum regno et paradiso celesti cum Christo sanctorum angelorum
consortio aggregate, et post Domini nostri Ihesu Christi passionem et mortem viderunt
vident et videbunt divinam essenciam visione intuitiva et eciam faciali
nulla mediante creatura in racione obiecti visi se habente, sed divina essencia im-
mediate se nude clare et aperte eis ostendente, quodque sic videntes
eadem divina essencia perfruuntur. Necnon quod ex tali visione et fruitione
eorum anime qui iam decesserunt sunt vere ~~bea~~ beate et habent vitam et requiem
eternam, et eciam illorum qui postea decedent eandem divinam vide-
bunt essenciam ipsaque perfruentur ante iudicium generale, et quod visio huius-
modi ~~divine~~ divine essencie eiusque fruitio actus fidei spei in eis evacuant prout
fides et spes proprie theologice sunt virtutes. Et quod postquam incho-
ata fuerit vel erit talis intuitiva et facialis visio et fruitio sine aliqua
intercisione seu evacuatione predicte visionis et fruitionis con-
tinuata extitit et continuabitur usque ad finale iudicium et exinde
usque in sempiternum. Diffinimus insuper quod secundum communem Dei ordinationem anime
decedentium in actuali mortali peccato mox post mortem suam ad inferna
descendunt ubi penis infernalibus cruciantur, et quod nichilominus in die iudicii
omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt reddituri de
propriis factis racionem, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum
sive malum. Decernentes quod huiusmodi diffinitiones seu determinationes et
ipsarum singulas ab omnibus fidelibus esse tenendas. Quicumque autem deinceps
tempore ipsarum nostrarum diffinitionum seu declaracionum aut singularum
ipsarum contrarium scienter vel pertinaciter tenere asserere predicare docere et
defendere verbo aut scripto presumpserit, contra eum sicut contra hereticum

determinatio generalis de beata visione faciali

Marginal notes: consistant; essencie; + ; + ; confessionis

modestia prevenimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre diffinitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Avinion. iii kl. februarii pontificatus nostri anno octavo.

Ex eo quod quedam constitutio novella super negotio heretice pravitatis a bone memorie Bonifacio papa viii predecessore nostro edita continere dicitur quod in ipso negotio per diocesanos episcopos et inquisitores super certo inquirendum valeat coniunctim vel divisim procedi, tenentur sibi invicem communicare processus, nos consulti voluimus quando et quotiens cum ita processum est sit communicatio facienda. Nos autem de fratrum nostrorum consilio intelligendum decernimus diocesanos et inquisitores tunc demum divisim procedere cum hii et illi separatim tanquam episcopi seu tanquam inquisitores iure procedunt. Consultationi nostre tali videlicet quod quando utrique procedunt seorsum sibi debent in fine tantummodo nihil restat agendum nisi quod sententia promulgetur communicare processus. Licet enim quibusdam potuisse videri per legem civilem quod sicut quando aliquis executoris coram alio debet ferre sententiam, puta quando administrator delegat alii causam sibi sententia reservata saltem in principio, vicesimus in medio et semel in fine quesitum examinata audire debet, ita et in casu proposito ubi executoris coram alio litis alterius profert sententiam sit ter huiusmodi acta recensere, quod fieri non potest si corrigi concedetur editio, cum id equitas canonum non admisit. Hunc sane casum excipimus si alter non possit commode procedere nisi alterius executoris insistis exhibeat ei tamen semel tantum ut fraudis locus non fiat in toto negotio copia tribuatur. Verum quia nonnulli diocesani prelati providentiam de bonis eorum quos pro inquisitionis officio deputare possunt expensas quas dum inquirunt in sepedicto negotio faciunt a nobis exigere moliuntur, licet tanquam iure absoluti tum ordinarii sint et ideo ad tale officium deputati, ut quod in eos incubuit proprijs oportet eos complere stipendijs, fieri penitus prohibemus. Idem autem iidem diocesani providentiam obventionum ex inquisitionis officio a nobis non obstante aliqua consuetudine vel mandato contrarijs non exposcant sed eam camere nostre vel alijs cui nos vel successores nostri Romani pontifices mandaverimus reddendam, reddenti quosque generaliter observari iubemus. Idem.

Si religiosus quivis absque sui superioris licentia electioni de se facte consentire non postulans post electionem sibi presentatam vel eius electores infra tempus per eiusdem superioris presentiam vel absentiam moderandum nequaquam obtineat dat generale Lugdunense concilium electoribus ex tunc ad electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verumquia frequenter dubitatum est an etiam sit eo ipso iure si quod ei competit ex huiusmodi electione privatus, statuimus illo casu huiusmodi ipso fore privatum. Nulli ergo omnino etc. Idem.

Quod olim per felicis recordationis Bonifacium papam viii predecessorem nostrum contra laicos exigentes sive recipientes a clericis et ecclesiasticis personis collectas decimas vel alia quota seu quantitate aliquam de proventibus bonorum suorum vel ecclesiarum, necnon adversus solventes aut permittentes vel consentientes se solituros penis adiectis statutum est. Quantum ad penas ipsas ex tunc de consilio fratrum nostrorum restringimus ad exigentes quominus et ad exigendum consilium dantes auxilium vel favorem sive non aut quos ad easdem penas in solventibus aut recipientibus a sponte dantibus deinceps vendicet sibi locum. Ceterum attendant sollicite ecclesiarum prelati et alii clerici quod licet iam gratiam in huiusmodi subventionibus soli causam necessitatis aut communis utilitatis ubi laicorum non adiciunt suppetunt facultates absque consultatione Romani pontificis ex ... et deinde generale concilium ... propter quorundam imprudentiam et in hoc tum Romani pontificis cuius interest omnibus providere ... consulendum. Caveant igitur tamen ne prelatorum clericorum ... sores existant aliqui in tantum ... et multo magis si cause ipse non subsint quoquo vel titulo inconsulto Romano pontifice ... tione subventionum dare contendo laicis ... vel permittendo. Alio quoquo tamquam canonum et tam sollempnium conciliorum contemptores quas procul dubio Deo proprio idem infligere potifex gravissimas penas merito poterunt formidare.

Nulli autem omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere, nec ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei patris et filij et spiritus sancti et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Clemens. B. g

Meruit carissimi filii nostri Philippi regis Francorum illustris sincere affectionis ad nos et ecclesiam Romanam integritas et progenitorum suorum preclara merita meruerunt. Meruit insuper sinceritas regnicolarum puritas ac devotionis sinceritas ut tam regem quam regnum favore benivolo prosequamur. Hinc est quod nos dicto regi et regno per diffinitionem seu declarationem Bonifacii pape viii predecessoris nostri que incipit Unam sanctam ecclesiam nullum volumus vel intendimus prejudicium generari. Nec quod per illam rex et regnum prefati amplius sint nostro subiecti romano quam antea existebat. Sed omnia intelligantur in eodem statu esse quo erant ante diffinitionem prefatam tam quo ad prefatam ecclesiam quam etiam quo ad regem vel regnum superius notatos. Idem.

Quia nonnulli sicut accepimus contra doctrinam apostoli sua querentes quam Jesu Christi ... Romanos pontifices in pontificatu munitos ac ... super hiis de quibus eos non expedit satagentes asserere non verentur quod summus pontifex ante sue coronationis insignia se non debet intromittere de provisionibus, reservationibus, dispensationibus et alijs gratijs faciendis, nec se in litteris episcopum simpliciter sed electum episcopum scribere, nec etiam uti bulla in qua nomen exprimatur ipsius. Nos talium temeritatis audaciam compescere intendentes omnes et singulas quas dicte huiusmodi litteras nostras super negotijs quibuscunque confectas que a nobis ante nostre coronationis insignia emanarunt ausi fuerint impugnare excommunicationis sententia innodamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis et ordinationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli se noverit incursurum.

5,10,4

Marginalia (left): Idem in ... heretice pravitatis ... hodie ... per Clemen. — coram alio — vel ignorantie — at tibi — pres — nota — Et hoc dicit cuiusdam ... Bonifacii viii ... revocata ... hodie est revocata.

no c

Ad omnis apostolice servitutis superna dispositione vocati ambiguitates ex quibus possent clericis dampnosa pro ... dispendia tollere cupientes, de fratrum plenitudine ac ... nostrorum consilio ordinamus quod quibuscumque clericis qui ad sedem apostolicam venire vel mittere tenebuntur ac ipsorum clericorum instructoribus qui veniendo ad sedem ipsam et se presentando sede ipsa vacante vel non vacante servantur tempora a canonibus instituta, durante presenti assistere in civitate Lugd. vel saltem dumtaxat in kl. octobris ubicumque moraverimus se de vacante mora trahunt. Nullum ipsis seu eorum cuiquam preiudicium ex mora moraverimus sed in ubilibet generatur. Sed eorum iura etiam electiones huiusmodi hoc non obstante perinde sustineri illesa ac si apud sedem apostolicam mora continua contraxissent. Non obstantibus predecessorum nostrorum constitutionibus quibuscumque. Quibus tamen quo ad alia nullum volumus preiudicium generari. Nulli ergo etc. nostre ordinationis infringere etc. Dat. Lugd. viii idus Septembris anno primo.

no c

Omnia insectatorum euentibus sic humana fallitur ... multitudo ... ut quod ... vel ... a ... dampnosum contingat ... quod consulte statuitur ex ... iniunctione ... consultius revocatur. Clemens ... predecessor ... attente considerans generale passagium ... per ... salubri ordinavit ... tornamenta et hastiludia sine rostras non leviter impedit ... passagii negotium ... exhauriunt ... quod ... ab eis abstinere ... tornamenta ipsa et hastiludia sine rostras in regnis Francie, Anglie et Alamanie et aliis nonnullis provinciis in quibus ea ... frequentius ... sub ... et ... penis ... et ... huiusmodi ... apostolice reservata. Cum ... intelleximus ... huiusmodi ... in ... ad ... per ... negotio dicti passagii derogatur ... nonnulli ... abstinere ... posse ... Nos ad ... nobilis dilecti

viri ... clare memorie regis Francie et Navarre ... et aliorum de domo regia, necnon quam plurimi magnatum et nobilium ... tam in regno Francie ... considerantes ... supplicationis instantia ... prefatas ... supplicationibus inclinati ... et ex causis etiam rationalibus aliis ... in favorem ... negotii de fratrum nostrorum consilio revocamus ... qui ... premissa tornamenta et hastiludia ... sententias incurrerunt absolventes ab illis et cum eis qui sic ligati ... celebrarunt ... irregularitate ... apostolica dispensantes. Dat. Lugd. xvi kl. octobris anno primo.

